Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XVIII. De Concilio Ariminensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

A

Κεφ. ιη'.

Περὶ τῆς ἐν ἀριμίνῳ γενομένης συνόδου.

Τῶν γὰρ τῆς πίστεως προμάχων ἐξελαθέντων, νομίσαντες οἱ τὴν βασιλέως γνώμην μεταθέντες εἰς ἅπερ ἐβούλοντο, εὐπετῶς μάλα καταλύσειν τὴν ἀντίπαλον αὐτοῖς πίστιν, καὶ τὴν ἀρείου βεβαιώσειν διδασκαλίαν, ἔπεισαν τὸν κωνστάντιον εἰς τὴν ἀρίμινον τούς τε τῆς ἑῴας καὶ τοὺς τῆς ἑσπέρας συναγαγεῖν ἐπισκόπους, καὶ προστάξαι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ὁμοούσιον περιελεῖν ἐκ τῆς πίστεως, τὰ κατὰ τῆς ἀρείου κακοτεχνίας ἐξευρεθέντα παρὰ τῶν πατέρων μηχανήματα. B ταῦτα γὰρ ἔλεγον τὴν τῶν ἐκκλησιῶν πεποιηκέναι διαίρεσιν. ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον, φενακίσαι μὲν ἐπειράθησαν οἱ τῆς ἀρείου λώβης μετειληχότες τῶν συναθροισθέντων τὸ πλῆθος, καὶ διαφερόντως τοὺς ἑσπερίους, ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους. ἔφασκον δὲ μὴ χρῆναι δυοῖν ἕνεκα λέξεων, καὶ τούτων ἀγράφων, διασπασθῆναι τὸ τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα. ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι τὸν υἱὸν κατὰ πάντα· τὸ δὲ τῆς οὐσίας παραλιπεῖν ὡς ἄγραφον ὄνομα. ἀλλὰ γὰρ τῆς ἐξαπάτης αἰσθόμενοι, τοὺς μὲν ταῦτα λέγοντας ἀπεκήρυξαν· αὐτοὶ δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν C οἰκείαν γνώμην διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. παῖδες γὰρ ἔφασκον εἶναι καὶ κληρονόμοι τῶν ἐν νικαίᾳ συνεληλυθότων πατέρων· εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐκείνων γραφέντων ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναί τι τοῖς ἄριστα κειμένοις τολμήσαιμεν, νόθους ἑαυτοὺς ἀποφανοῦμεν, κατήγοροι τῶν γεγεννηκότων γενόμενοι. Σαφέστερον δὲ αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ κανόνα τῆς πίστεως τὰ παρ' αὐτῶν γραφέντα πρὸς κωνστάντιον ἐπιδείξει.

Cap. XVIII.

De Concilio Ariminenſi.

EXpulsis fidei propugnatoribus, ii qui Imperatoris animum pro arbitrio ſuo impellebant, cùm ſibi perſuaſiſſent, ſe adverſantem ipſis fidem nullo deinceps negotio ſubverſuros, & Arii doctrinam firmaturos eſſe, ſuggeſſerunt Conſtantio, ut Orientis atq; Occidentis Epiſcopos Arimini congregaret; juberetq; ut ſubſtantiæ & conſubſtantialis vocabula, quæ velut machinæ quædam ad evertendas Arii fraudes à patribus excogitatæ fuerant, ex fidei formula tollerentur. Ajebant enim hæc nomina diſſidium Eccleſiarum peperiſſe. Cùm igitur conveniſſent Epiſcopi; hi qui Ariana labe infecti erant, reliquam Epiſcoporum multitudinem decipere conati ſunt, ac præcipue Occidentales, utpote qui ſimpliciore ingenio præditi eſſent. Dicebant enim, ob duas voces quæ in ſacris voluminibus non extarent, corpus Eccleſiæ diſtrahi non debere: ſed ſimilem quidem per omnia Filium dicendum eſſe: ſubſtantiæ vero vocabulum reticendum, quippe quod in ſcripturis minime inveniretur. Verum Epiſcopi cum fraudem intellexiſſent, eos quidem qui iſta dixerant à communione removerunt: ipſi vero ſententiam ſuam Imperatori per litteras ſignificarunt. Se namque filios eſſe ajebant & ſucceſſores Patrum, qui Nicæam olim conveniſſent. Quod ſi quid ex iis quæ ab illis ſcripta ſunt auferre, aut iis quæ optime conſtituta ſunt, aliquid addere voluerimus, ſpurios nos eſſe demonſtrabimus, accuſatores facti parentum noſtrorum. Verum accuratam illorum fidei regulam apertius indicabit epiſtola quam ad Conſtantiũ ſcripſerunt.

D

Κεφ. ιθ'.

Ἐπιστολὴ συνοδικὴ παρὰ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα γραφεῖσα κωνστάντιον.

Ἐκ τε τῆς τοῦ θεοῦ κελεύσεως, καὶ τοῦ τῆς σῆς εὐσεβείας προστάγματος, τὰ πάλαι δογματισθέντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν. εἰς γὰρ ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων εἰς τὸ αὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γνωρισθῇ, καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες εὑρήκαμεν, ἄριστον

Cap. XIX.

Epiſtola Synodica ab Epiſcopis Arimini congregatis ad Imp. Conſtantium ſcripta.

JUBENTE Deo & præcepto pietatis veſtræ credimus eſſe diſpoſitum, ut ad Ariminenſium locum ex diverſis provinciis, Occidentalium Epiſcopi veniremus: ut & fides clareſceret omnibus Eccleſiæ Catholicæ, & hæretici noſcerentur. Dum enim omnes qui recte ſapimus, contractaremus, placuit quidem, ut fidem ab antiquitate perſeve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN